

/ Illustrissime Princeps, et Praesul Reverendissime. Quod egi in  
 causa Praepositurae, quamvis magna voluntate egerim, non tanti mo-  
 menti fuit, ut opus esset fatigari in scribendo tantum episcopum,  
 et in rebus gravioribus occupatum. Quia tamen scribere libuit, mi-  
 5 hi quoq ue respondere iucundissimum est ei viro, quem quasi de cae-  
 lo missum suspicio. Non novi de facie episcopum, et principem Godi-  
 fridum, sed ex operibus egregiis notissimum vehementer diligo, et  
 veneror; et precor assidue Deum, ut quem tam opportuno tempore la-  
 benti ecclesiae Bambergensi praeficere dignatus est, eum longo tem-  
 10 pore incolumem servare, dirigere, et protegere, et tandem etiam ple-  
 num dierum, et meritorum gloriose coronare dignetur. Non est cur  
 operam meam pollicear; iam enim addicta, et obstricta Amplitudini  
 vestrae irrevocabiliter est. Valeat mei memor in sanctis precibus  
 suis.

1610.

15 Epist.fam. 82.

## 1610 L. Eliensis Episcopus contra Bell.

L. Eliensis Episcopus : Responsio ad Apologiam  
 Bellarmini contra Praefationem monitoriam Jacobi  
 Britanniae Regis, Lond. 1610.

Episcopus Eliensis est Lancelotus Andrews, qui erat  
 cancellarius Jacobi Regis Angliae, et successice Episcopus  
 Chichester, Episcopus Ely et Episcopus Winchester

Editio 1612 in 4° Londini apud Barkerum cf.  
 Sommavogel I 1214.

Vide supra p.825